

Vladislai regis super exemptione villes Ba-
bino per Vasconem Bogdan de manibz
Fridri de Poczhouyze in certum quinquaginta
marcis et summa marcarum quinquaginta &
eidem in villa Babyno inscriptio.

146

Vladislaus Dei gratia rex Poloniae, Lith-
uaniaeque princeps supremus, et haeres Rus-
siae & significamus tenore presentium,
quibus expedit universis, presentibus, et futu-
ris presentium notitiam habituris. Quomo-
do attentis fidelibus servitiis, quibus nobis
nobilibz Wascho Bogdan de Woyuticz fide-
lis noster dilectus complacuit, et in futura
aucto fidelitatis studio prostantium complac-
ere poterit. Horum intuitu volentes ipsum
specialium gratiarum nostrarum prosequi
favoribus, et ad servitia continua reddere
continuo promptiorem, sibi villam nostram
Babyno in terra Russiae et districtu Sam-
borensi sitam, de manibus nobilibz Fridro
de Poczhouyze, quam a nobis in certum
quinquaginta marcis communis monete et
numeri Polonicae videlicet in quolibet
marcam quadraginta octo grossos computan-

computando, tenet, et possedit, redimere et
liberare, cum omnibus et singulis ipsius uti-
litatibus indulsumus, et presentibus indulgenti-
adiungentes et inscribentes eidem Wascho-
ni et ipsius successoribus legitimis in eadem
villa Babyno quinquaginta marcas mo-
netariorum quas Irenno Petro Odvo
wasch capitaneo nostro Samboriensi pro
reparatione murorum castri nostri Sambo-
riensis dedit et cum effectu assignavit. Quas
quidem ducentas marcas eidem Wascho-
ni et suis successoribus legitimis in et super
villa nostra Babyno damus, donamus, in-
scribimus, et largimur cum omnibus et sin-
gulis ipsius utilitatibus, censibus, proventibus,
agris, pratis, campis, sylvis, piscinis, ac co-
herentiis et appendiis universis, ad eandem
villam ab antiquo quomodolibet spectantibus
per dictum Waschconem et ipsius successo-
res habendam, tenendam, utifruendam, et
pacifice possidendam, tam diu, quousque
sibi vel suis successoribus dictas ducentas mar-
cas per nos vel successores nostros integre et
plenarie fuerint persolutes, quibus solutis
dicta villa possessio ad nos et nostros succes-

successores redire debent pleno iure: ita vi-
 delicet quod Kmetiones et incolae praedictae
 villa de contributionibus exactionalibus et
 quibusvis aliis solutionibus tam pecunia-
 ribus, quam funalibus, de quibus praede-
 cessoribus nostris respondebant, nobis et suc-
 cessoribus nostris iuxta consuetudinem ter-
 ra Russiae respondere sint astricti: ha-
 rum, quibus sigillum nostrum presentibus
 est appensum testimonio literarum. Da-
 tum in Premyslia feria tertia proxima an-
 te festum sancti Martini, anno Domi-
 ni millesimo quadringentesimo vigesimo nono.

Relatio venerabilis Vladislai deo-
 Lectum per Albertum totum doctoris prepositi ad san-
 de Lyblin Regni
 Poloniae Vicecancelli. } etiam Florianum regni Poloniae
 Vicecancellarii.

To kopia wypisana z oryginalu pergaminu
 wego 1705. roku, d. 15 Maia przykto-
 ryan zwaqduie sie nazawiasz pergami-
 ninowey pieczęci jedna.

[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to fading and orientation.]